



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

De processibus Regularium virorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11399

De emissionem professionis fidei faciat publicum instrumentum, atq; ideo faciat mentionem de rogatu, & testibus adhibitis: & hic liber sit loco Prothocolli, quod ad haec instrumenta tantum.

In eo describat summarie vt infra, nomen, cognomen, & patriam professoris, vel ladinmagistri.

Diem professionis fidei emisit.

Nomen Vicarij, seu delegati, in cuius manibus emisit professionem.

Scientiam & artem quam docet.

Nomen monasterij, locive, in quo degit, & docet.

Testimonium, si quod admissum sit, de professione alibi facta, & in cuius manibus.

Mandatum sumendi informationem de fide & moribus.

Testimonia ab ipso de hoc exhibita.

Approbationem, & facultatem datam docendi.

Habeat praeterea filciam, in qua seruet supradictas scripturas.

De processibus, & visitationibus monialium.

Processus singuli, & acta Visitacionum Monialium, conscribantur separatim in Quinternetis, ad maiorem facilitatem deferendi ad singula monasteria cum opus est, vnum processum sine altero: & seruentur in filcijs, facto tamē manuali, ac Indicibus, vt de alijs processibus dictum est.

De processibus Regularium virorum.

Idem seruetur in processibus Regularium virorum, quacumq; auctoritate eos confici contigerit, si degant in claustris, aut alijs sub obedientia superiorum Regularium.

De libro visitationum carcerum.

Habeat Cancellarius librum visitationis carcerum, hoc ipso nomine inscriptum; in quo describantur acta, & ordinationes omnium visitationum carcerum, quae fiunt singulis mensibus, sub hac forma.

Die, &c. fuit facta visitatio carcerum, in qua interfuerunt omnes infra scripti, videlicet.

Describantur hic singuli qui interfuerunt, tum nomen cuiusq; carcerati cum suo decreto facto in visitatione, hoc modo.

Paulus N. decretum est dimitti cum de iussione, &c.

Habeat hic liber Indicem alphabeticū ordine nominum carceratorum.

De libris actorum visitationum.

Libri actorum visitationum sunt distincti ab alijs actis, & processibus, sed in reliquis ordine supra disposito, etiam quod ad indices per singulos Notarios substitutos, qui eiusmodi acta describunt diem: ita tamen, vt acta visitationum ab initio ipso conscribantur in folijs, sed redigantur in librum auctoritate publica, confirmatum, omnino distincta per Plebes singulas, & portas in qualibet visitatione; sicutem antequam se conferat visitator ad aliam Plebem, aut vicariatum Diocesis visitandum; aut in Civitate implicet se alijs pluribus visitationibus.

Attestationes vero & informationes testium, & examina reorum, in libris describantur: & si quando necesse sit ad Vicarios aliquem processum transmitti, antequam redeat visitator, aut visitationis Notarius substitutus Cancellarij, mittant, retento omnino penes se originali, donec ipse Mediolanum veniat.

In causis visitationum civilibus, satis sit habere duos libros: alterum manualement, in quo sententiae etiam describantur; alterum vero qui contineat informationes, & examina testium.

Idem fiat in causis criminalibus; hoc addito, vt in libro testium ponantur etiam constituta reorum.

Sit praeterea filcia, in quam haec redigantur.

Fundationes capellarum. Legata. scilicet, quae tunc tradentur; alioquin citanda sunt ex loco vbi seruantur.

Inuentaria Reliquiarum, & Indulgentiarum, & indumentorum sacrorum cuiusque

